



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri  
Vltraiectini**

**Canter, Dirk**

**Antverpiæ, M. D. LXXIII.**

Phidiam quendam ab se amatum puerum habuisse, nomine Pantarcen,  
deque eo Arnobius, Nazianzenus & Suidas emendati. Cap. 14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)

pro μικροῖς μικρὰ, μικροῖς μικρὰ) ut probet  
 xdc pro μικροῖς dici.

Phidiam quendam ab se amatum puerum  
 habuisse, nomine Pantarcen. deque eo  
 Arnobius, Nazianzenus, & Suidas emendat.

## CAP. XIII.

EX historiis cognoscimus Phidiam pictorem  
 habuisse quendam ab se amatum puerum, nomine  
 Pantarcen, quem tantopere eum dilexisse tradunt,  
 ut cum Olympij Iouis statuam (de qua tam frequenter  
 apud auctores mentio est) elaborasset, in Deo  
 huius pueri nomen posuerit. Quare cum haec  
 sint, mirari satis nequeo, quid quibusdam in  
 tem venerit, ut locum Arnobij emendando per-  
 tererent. Verba Arnobij haec sunt ex libro 6. et  
 guntur in vulgatis codicibus: Inter significat  
 memoratus Phidias et puerus, cum Olympij formam  
 Iouis molimine operis extulisset immensi, super  
 digito Pantauches inscripsit pulcher. nomen autem  
 fuerat amati ab se pueri, & obscena cupiditate  
 lecti: neque ullo metu est aut religione commo-  
 tus, Deum nomine prostibuli nuncupare, quin  
 exoleti Iouis numen simulachrumq; sacrare. In  
 quibus verbis falsè legitur Pantauches, pro Pantarce,  
 ut in codice Romano, quae vera est lectio: & qua-  
 obrem haec sit mutanda, rationem non video. Haec  
 autem esse veram & genuinam huius loci lectio-

Ant. Mure  
 Varia Lectio  
 LIII  
 25



vel uno Clementis testimonio pervincam, cuius hæc sunt verba: ὁ μὲν ἀθλιωαῖος φηδίας, ὅτι τῷ δακτύλῳ τῆ Διὸς τῆ Ολυμπίῃς ὅπηρά φασ· Πανταρῆος καλὸς ἔχθ καλὸς αὐτῷ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ ἐρωμένης ἦν. Huius etiam facit mentionem Pausanias lib. v. sūm inquit: Quem verò tenia redimitum videas, eum ex ipsa corporis specie, Pantarcen esse suspicantur, Eleum puerum, amore Phidie deuinctum. Idem lib. 6. Post Icium Tarentinum Pantarces victis in lucta puerus erectus est, fuit hic Phidia in amori- bus. Et ex his supra allatis illustratur alius locus Pausaniae, qui sic se habet: Puer tenia redimitus Phidie causa, & eximia eius in fingendo solertia non fuit nobis prætermittendus, quòd scilicet neminem alium nouimus, cuius effigiem expresserit Phidias. Nec solum hoc nomen apud Arnobium corruptè legitur, sed etiam apud Gregorium Nazianzenū in suis Iambicis, quos superioribus annis Ioannes Sambucus (vir ut doctissimus & antiquitatis studiosissimus, sic etiam magnum aceruum antiquorum & manuscriptorum codicum, eorumq; magna ex parte nunquam luce donatorum possidens) typis imprimi curauit, per optimum & diligentissimum Typographum amicū nostrum Christophorum Plantinum. Locus autem Nazianzeni hic est:

Τοῖς σφῶν δ' ἐταίροις τὴν ἀφροδίτῳ οἱ σοφοὶ  
Μορφεῶν ὡς θεοῖν τὰ πρὸ σοφίσματα.  
καὶ φηδία τὰ παιδικὰ ἐν τῷ δακτύλῳ



τῆς παρθένου γραφέντα πάντ' ἀργεῖ καλός, *ego omnino in ultimo versu legendū existimo, τῆς παρθένου καλός. Ad eandem enim superius allatam historiam alludit Nazianz. licet dicat hoc nomen Phidiān posuisse in digito Mineruae, & non in digito Iouis Olympi. Ad extremū & apud istam hoc nomen corruptè legitur, cuius haec sūt verba: Πάμνηστια νέμεσις. αὐτὴ περὶ τῆς ἀφροδίτης ἐν Αφροδίτης ἀνάστασι, διὸ καὶ κλάδον εἰς χεῖρα ἰδρύσατο, ἧς αὐτῆς Ἐρεχθίδος μητέρα εἶπε, ἵνα ὀνομαζομένη δὲ Νέμεσιν καὶ βασιλεύσασαν ἐπὶ τῷ τόπῳ. τὸ δὲ ἀγάλμα φιδίας ἐποίησεν, ἔτι δὲ ἐν γραφῶν ἐχειρίσασθαι ἀγορακρίτῳ τῷ πατρὶ ἔγραψε, ὃς καὶ Ὀλυμπιάσι δακτύλῳ τῆς Διὸς ἐπέγραψεν ἀνταρκῆς. καλός δὲ ἢ ἔσθ' ἀργεῖος ἐπέγραψεν αὐτῆς. Quem locum sic vertit interpres: Rhamnusis Nemesi. Hac primum dedicata fuit Veneris statuae, cuius eoq; mali ramum gestabat. Dedicavit autem illi Erechtheus matris suae nomine, qua Nemesi dedicabatur, eoq; in loco regnavat: statuam Phidias, cuius inscriptionem cōcessit Agoracrito Paro, cuius filio suo, homini formosissimo. Qui & Olympi in digito Iouis inscripsit ἀνταρκῆς, i. sua sorte contentum. Sic interpres ille, homo alioquin doctissimus, mendosum enim exemplar ipsi imposuit. Itaque nos hunc locum integritati suae restituendum putamus, hoc modo: ὃς καὶ Ὀλυμπιάσι δακτύλῳ τῆς Διὸς ἐπέγραψεν, πανταρκῆς καλός. καλός δὲ ἢ ἔσθ' ἀργεῖος*

Ant. Mure  
 Varia Lectio  
 LII  
 35



καλός αὐτός. καλός quod interposuimus esse  
huic loco necessarium, quilibet facile perspicere pote-  
rit, lectis iis quae supra ex Arnobio & Clemente  
Alexandrino attulimus. Nec hoc ulli mirum videri  
debet, fuisse omissum, cum id factum sit propter κα-  
λός sequens. Scriptores enim magis diligētes quam  
docti, putarunt hoc commissum esse, priorum incu-  
ria scriptorum, ut unam dictionem bis ponerent,  
itaque unum καλός ἐ medio sustulerunt, quod iam  
a nobis in suum locum reponendum fuit. Atque  
haec haecenus.

Plutarchus & Dionysius Halicarnassicus ab  
eodem propemodum errore vindicati.

## CAP. XV.

NON opinor nobis vitio vertetur, si saepius doc  
nostro libello Plutarchum inferre conati fuerimus,  
cum etiam similia ab aliis factitata esse videamus.  
Quare non desinā auctori tam deprauato molestus  
esse. Itaque in libro περὶ δεισιδαιμονίας sic inquit:  
Οὐ γὰρ γῆς ἀντίφραξις ἐν μέσῳ χροιάδης φοβέρον,  
οὐδὲ δειδὸν ἐν καιρῷ ποδῶν σμιας πρὸς σελῶλυ  
ἀπαντισάσας, ἀλλὰ δειδὸν τὸ τὸ δεισιδαιμονίας σκό-  
πος, εὐπεσόντος ἀνθρώπου συγγεία, καὶ τυφλώσαι  
λογισμῶν ἐν πρᾶγμασι μάλιτα λογισμῶν δεομέ-  
νοις, γλαυκοεῶδοις γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσει πόν-  
τος, ἀμφὶ δ' ἀνεχθρεῖον ὄρθον ἴσα νέφος, χημῶ-  
νος σῆμα: τὸ ἰδὼν κυβερνήτης. &c. Quo in loco,  
quod